









DISPUTATIO JURIDICA, 19 103.

DE

1662, 8.

CONDITIONE  
VXORVM,

QVAM

DIVINA FAVENTE CLEMENTIA

SVB PRÆSIDIO

FRIDERICI DECKHERRI,

J. U. DOCTORIS, PANDECTA-  
RVM PROFESSORIS ORDINARII


& h. t. Facult. Jurid. Decani,

*Publicè defendere conabitur.*

NICOLAUS SANDHERR,

Colmariensis.

Ad diem 16. Junii, hora locoque  
consuetis.



ARGENTORATI,

Typis expressit ANTHONIVS HAVG,

M DC LXII.





CONDITIONE  
XORVM

FRIDERICI DECKHERRI

NICOLAUS SANDHERR

ARCEYTOVATI  
M DC LXXII







PROOEMIUM.



Væcunq; cælo, ma-  
 ri, terraque continentur à summo  
 rerum opifice, earumque moderato-  
 re DEO, in certum finem directa, &  
 unicuique ad illum consequendum  
 propriam virtutem, & studium indi-  
 tum esse perspiciamus, ita ut nihil supervacuum, nihil  
 otiosum, in Universo Orbe terrarum, singuli videamus:  
 Quæ omnia, quemadmodum homo dignitate  
 superat, sic præstantiore quoque opera producere tene-  
 tur, ne his qui ad laudabilia posteris vestigia relinquen-  
 da, ac Republicæ, & amicis prospiciendum nati sunt,  
 in otio & segnitie vitam traduxisse dedecori foret. Hac  
 itaque ratione ductus, cum per plures annos in hac Ar-  
 gentoratensi Academia substiterim, atque juridico  
 studio incubuerim, ne oscitanter tanti temporis in-  
 intervallum consumsisse videar, studiorum meorum ra-  
 tiones reddere, & quales ingenium meum fructus pro-  
 duxerit, experiendi cupidus, hanc de **CONDITIO-  
 NE UXORVM** materiam defendendam suscipere  
 volui. Deum Optimum Maximum supplex oro,

A 2

ut his



2.

ut his meis conatibus adesse, eosque ad sui nominis gloriam, & studiorum meorum incrementum dirigere velit. Cum autem ad ipsam huius Disputationis materiam probè tractandam me accingo, melioris ordinis causa, in quinque capitibus rem expediam. *Primum* continebit partem generalem, terminorum scilicet qualem qualem explicationem & definitionem: *Secundum* specialem Legislatorum in decernendis Uxoribus privilegiis curam: *Tertium* Uxoribus conditionem, respectu primi juris obiecti, nimirum personarum, explanabit: *Quartum* earum conditionem circa res: *Quintum* verò jus earum circa actiones, & iudicia monstrabit, de singulis speciatim agendum.

## CAPUT PRIMUM.

*Continens partem Generalem, terminorum scilicet explicationem, definitionem & divisionem.*

### THESIS. I.

**D**isputanti de Conditione Uxoribus, tum quid conditio, tum quid Uxor, tum etiam quid Uxoribus conditio sit investigandum esse video.

### II.

Conditionem deduci non à *Condire*, id est temperare, moderari, licet in Pandectis Florentinis scribatur *Conditio*, nam quantitas penultimæ repugnat: nec à *condicere*, quia (1) ex analogia dicendum esset *Conditio*: (2) obstat quantitas penultimæ, (3) verbi significatio. *Condicere* enim est affirmanter dicere, ut *condicere* diem, cœnam: in conditione autem nihil certis sed à verbo *condere* quod est constituere, componere. putat Donnell. *Lib. 8. Commentar. juris civil. cap. 30.* Amplissimus Dn. D. Rebhan, in *Hodegeta Iur. chart. 2. climas, 3. th. 42. in exbo. vers. primum itaq, pag. mihi 473.*

III. Cum



III.

Cum autem Conditionis verbum homonymum, sit quo sensu hoc loco illud accipiamus, monere necesse est: sumitur enim aliquando pro pacto seu lege contractus. Ut in l. 6. §. ult. D. de Contrah. Empt. l. 11. §. 15. de Action. Empt. l. 7. C. de Pacti: aliquando pro statu personæ. §. ult. Instit. de Iure Pers. rarius electionem notat, l. 8. §. 12. D. de Inoff. Testam. sæpius adiectionem quæ propter subiecti essentiam actum suspendit, ob incertum rei eventum. l. 34. §. 1. D. de Condit. & Dem. significat; quandoque qualitatem & jus personæ, l. 9. D. de Statu homin. aut rei indicat, l. 65. D. de jud. Coll. Jurid. Arg. de Condit. Instit. 2b. 2. Aliis verbis, sed eodem pene sensu conditionem explicat Donell. Lib. 3. cap. 30. ubi dicit duplicem esse huius verbi significationem; nam denotat habitum fortunæ, tum personarum. l. 9. de stat. hom. l. 19. D. de R. l. tum rerum, cum dicitur meliorem esse conditionem, vel deteriore, pr. Inst. de Auth. Tut. In testamentis, aut contractibus, & negotiis id cuius eventum res constituit. Verum Homonymiam huius vocis pluribus elegantissimè persequitur, Ampliss. Dn. D. Rebhan, in Hodeges. dict. pag. 473. cum seqq. quo me brevitatis studio refero; Hoc loco cum conditionem Uxorum dico, intelligo qualitatem, & jus personæ, id quod ex infra deducendis apparebit clarius.

IV.

Uxor quasi Unxor ab ungendero dicta Briffon. i. antiq. 18. de ritu nupt. pag. 525. & seq. nam cum ad limen mariti nova nupta venisset, postes antequam ingrederetur oleo, vel etiam lupino adipe inungi solebant, ut ex Plinio, Servio & aliis constat. Dignitatis non voluptatis nomen esse Ælius Verus dixit, ut Spartianus refert. ita Buchner. in thesaur. practico in verb. Vxor. Germanis dicitur ein Eheweib.

V.

Ad Homonymiam vocis Uxoris referri posset, quod etiam sponsa in certis juris articulis uxor esse videatur. arg. l. La- beo. 6. l. Servius. 8. D. de grad. & affin. An autem hoc intelligi debeat de sponsa de presenti tantum, an verò etiam de futuro,

A 3 ro,



6.

ro, videatur Panormit. in cap. I. X. de Coniug. Cler. & cap. ex pu-  
blico. 7. X. de Convers. Coniug.

VI.

Synonyma Uxoris pauca occurrunt, nisi dicamus vocari eam in aliquot juris locis Dominam, l. pater 38. §. Iulius Agrippa. 4. D. de legat. 3. l. Titia 19. §. qui Marco. 1. D. de annuis legat. l. ult. §. 1. D. de auro arg. mund. legat. aliquando etiam hæc vox cum vocabulo Uxoris coniungitur, ut in l. Vxorem 41. D. de legat. 3. An rectè fiat aliis disputandum relinquo: satis faciet post Alveric. Schard. in Lexic. iur. in verb. Vxor. sic infert, sunt multi qui non modò eas dominas vocant; sed pro dominabus observantes, eis etiam serviunt. Vocatur etiam uxor materfamilias, nisi dicamus apud antiquos hanc fuisse differentiam, quod ita demum uxor materfamilias dicta fuerit, quæ sapius peperisset: Et cuius maritus paterfamilias, id est, sui juris, & extra patriam potestatem constitutus esset, nec poterant hoc nomine plures in una familia præter unam appellari: At postea Ciceronis tempore hanc vocem, latius apud populum Romanum acceptam fuisse volunt, dum omnes uxores, quæ in manum convenerant matresfamilias etiam antequam peperissent, etiam si in parentum essent potestate, appellabant. In iure nostro latissimè accipi puto, ita ut materfamilias sit omnis notæ autoritatis Uxor. l. 41. D. de rit. nupt. l. 4. D. de his qui sunt sui vel alieni iur. l. 30. §. 1. l. 34. solut. matr. l. 15. §. 15. D. de iniuriis. l. 3. §. fin. de Lib. Exhib. l. 46. §. 1. l. 195. §. 2. de V. S. Schard. dict. loc. Inter Synonima meritò etiam referimus Matronæ nomen. Gell. lib. 18. cap. 6. etiam si liberos nondum peperisset: Sunt tamen qui matronam à matrefamilias in eo differre autumant, quod hæc dicatur, quæ per coemptionem, in manum potestatemque viri convenit, & in sui heredis locum recepta, viroque intestato, sicut filia, succedit: Illa verò, quæ uxor usu dicebatur, in lectu tantum consortium veniebat, non etiam bonorum, videatur Boëth. in Top. Cicer.

VII.

Paronymum unicum apud bonæ Latinitatis Scriptores reperio, ab Uxore enim dicitur Uxorius: Cuius vocis duæ sunt signi-



§ 7. 28

significationes, aut enim significat id quod uxoris est, v. c. cum rem uxoriam dicimus, *rot. tit. Cod. de rei Vx. act.* Aut uxori deditum, & servientem notat. Ita virum uxorium dicimus, *ein guten Weibermann.* Quintil. *Declam.* 388. hac phrasi utitur, habuimus adolescentem optimum, propinquum mitissimum, patronum, fidelissimum amicum: maritum verò nimium quoque uxorium. Et Horat. *lib. 1. Od. 11. v. 10.* Tiberim omnem uxorium appellat, quod sese Ilia uxori quærenti ultorem nimis jactaret, ita uxoria Urbs, apud Virgil. legitur.

## VIII.

Uxor itaque de qua hic mihi sermo est, describi potest, quod sit fœmina, quæ viro, justis nuptiis, observatis juris civilis requisitis, legitimè juncta est, de quibus plenius infra th. 10. & seqq.

## IX.

Divisionem si spectemus Uxoris, plures olim erant species: habebatur enim uxor vel (1) *farre* quod erat Pontificum, vel (2) *usu & consuetudine*, quod erat vulgare & tralatitium, vel (3) *coemptione in manum mariti*, per quam uxor efficiebatur suus heres. Wesebec. *in paratit. D. de nuptiis. n. 5.* Colleg. Jurid. Arg. *de Nupt. thes. 24. n. 11.* Hillig. *in Donell. Eucleat. Lib. 7. cap. 2. lit. F. not. in fin.* varii ritus & solennitates olim habebantur, imprimis verò deductio tum in hortos, *l. penult. §. 1. D. de donat. inter vir. & ux.* tum in domum. *l. 5. D. de nupt. l. penult. de donat. inter vir. & uxor.* tum in cubiculum, *l. 15. D. de condit. & demonstr.* Hodie successit benedictio sacerdotalis. Nov. Leonis 89.

## X.

Alia divisio, est uxorum in legitimas & eas quæ uxorum loco habentur; Uxor legitima, cujus fit mentio in *l. minorem 4. D. de nupt.* ea demum est (1) quæ civis Romana, nupserit civi Romano: (2.) Viri potens puberi, (3.) in gradibus jure divino, gentium, aut civili non prohibitis, (4.) consentiens consentienti (5.) adhibito quoque consensu Parentum, quorum in potestate sunt, *pr. junct. §. pen. Instit. de nupt.* (6.) honesta, honesto, & (7.) jure novissimo, & per statuta Ecclesiæ passim recepto, bene



§. 9. 28

benedictione sacerdotali adhibita, Colleg. Jurid. Arg. de nup-  
tius l. 25. num. 13.

XI.

Dum CIVIVM ROMANORVM mentionem facio, ex-  
cludo omnes, quæ vel civitatis Romanæ jure non gaudent;  
vel civibus Romanis junctæ non sunt: Ubi enim legitimæ  
nuptiæ non sunt, ibi nec legitima Uxor esse potest *pr. Instit.*  
*de Nupt. l. 1. C. de repud. l. 13. §. 1. de donat. inter Vir. & Vx. l. 5. §.*  
*1. de bon. damnat. cujusmodi sunt peregrini, servi. l. 3. C. de in-*  
*cest. & inutil. nupt. l. 7. D. de agnosc. & alend. lib. l. 39. pr. l. 67.*  
*D. de jure. dot. Iudæi, Ethnici, Turcæ, aliique non Christiani,*  
*cum Christiana vel contra. l. neque Christianam. 6. C. de Iudæis*  
*& Cælicol. can. 15. cau. cave. 28. q. 1. his adjungimus istos hæreti-*  
*cos, quibus legibus interdicta est cum christianis conversatio,*  
*arg. l. Manichæos. 4. per tot. l. quoniam 21. C. de Hæret. & Manich.*  
*can. non oportet. 28. quest. 1.*

XII.

DICO VIRIPOTENS PVBERI: Est autem mulier viripo-  
tens & uxor esse potest, in anno ætatis, 12. *l. minorem 4. D. de*  
*nupt. l. si uxor. 13. §. si minor. 8. D. ad l. Iul. de adult. Masculus*  
*post absolutum annum 14. uxorem recte ducit l. sancimus. 24.*  
*Cod. de nupt. alios ætatis conjugalis terminos definivere Phi-*  
*losophi, quidam enim in muliere 20. in viro 30. annos requi-*  
*runt. Plat. lib. 5. de LL. alii in viro. 36. in fœmina. 18. Ari-*  
*stot. lib. 7. Polit. Cur autem fœminæ citius matrimonium*  
*contrahere possint quam Viri, plures à Dd. adducuntur ratio-*  
*nes: (1.) propter votorum festinationem: (2.) propter doli*  
*capacitatem. (3.) propter prævenientem vim naturæ: (4.)*  
*propter pudicitia periculum, ne in corpus suum peccent. (5.)*  
*quia perfectionem sexui congruentem maturius assequuntur.*  
*de quibus omnibus Hillig. in Donell. enuncleat. lib. 13. cap. 19.*  
*lit. B. in not. Sunt tamen qui putant etiam iure nostro civili*  
*non pubertatem simplicem, quæ est 12. annorum in fœminis.*  
*14. in masculis. pr. Instit. quibus mod. tutel. finit. sed puberta-*  
*tem plenam, quæ in masculis est annorum 18. in fœminis.*  
*14. l. Mela. ait 14. §. cetera si usque. 1. D. de alim. legat. requiri, mo-*  
*tivum ex textu, §. minorem. 4. Instit. de adopt. ubi Imperator sic*  
argu-



argumentatur, quod pater adoptans filium adoptatum plena  
 pubertate, id est 18. annis præcedere debeat, quia adoptio se-  
 quitur naturam, unde sequi videtur, quod nec filium natura-  
 lem, ante plenam pubertatem, id est 18. annos quis habere de-  
 beat: tum ex textu *Novell. 100. cap. 1.* ubi Imper. eos qui in an-  
 no 15. nuptias contraxerunt, reprehendit, quasi nimis festinan-  
 ter, & vehementer citius contraxissent: Verum hæ rationes  
 tanti momenti non sunt, ut à priori sententia me abducant:  
 tum quod illa expressis juris textibus nitatur, hæc verò per qua-  
 lem qualem illationem inducatur, tum quod *in §. 4. Instit. de ad-  
 op.* inferatur ab eo quod cõmuniter accidere solet; nam quam-  
 vis contingere posset, ut quis citius filium haberet, v. c. in fine  
 anni 15. vel 16. hoc tamen rarius contingeret, quæ autem raro  
 accidunt prætereunt Legumlatores, *l. nam ad ea. 5. cum seqq. de  
 Legibus. l. antiqui. 3. §. fin. D. si pars hered. petat.* tum etiam,  
 quamvis in tam tenera ætate nuptias concedant, legumlato-  
 res hoc tamen ideo factum non est, quasi præmatura Venere ju-  
 ve ntutem enervari vellent, sed ne laqueos iniiciant libidinum  
 flammis agitis, ut mirum non sit Imp. *in d. Nov. 100. cap. 1.*  
 præmaturas nuptias tales nominare. Hillig. in Donell. Enu-  
 cleat. *lib. 13. cap. 19. lit. B. not. Coll. Jurid. Arg. de nupt. rh. 16. n. 2.*

XII.

DIXI, IN GRADIBVS IVRE DIVINO, GENTIVM, ET CIVILI NON  
 PROHIBITIS, neq; enim iusta uxor esse potest, quæ nupsit viro in  
 ascendente, vel descendente linea, vel etiã collateralis propius  
 sibi juncto. *§. 1. Instit. de nupt. l. 53. pr. D. d. t. vel saltem adoptio-  
 nis jure quæsito, durante adoptione d. §. 1. l. 55. D. de nupt. id quod  
 etiam in affinitatibus harum linearũ obtinet, l. 4. §. 6. 7. de gra-  
 dibus. l. 14. §. ult. l. 39. pr. l. 40. D. de nupt. §. 6. 7. Instit. dict. tit. &  
 quamvis adoptionis intuitu nemo affinis sit. l. 4. §. 10. de gradi-  
 bus. in prohibitione tamen nuptiarum pro affinibus habentur.  
 l. 14. pr. & §. 1. de nupt. quæ omnia quoque in servorum personis  
 locum inveniunt, cum non tantum civilis; verum etiam hone-  
 stas ratio, & naturalis pudor inspici debeat. l. 14. pr. §. 1. 2. 3. D.  
 de nupt. imò etiam in its tam ante realiter contractam, quã so-  
 lutam affinitatem, §. 9. Instit. de nupt. l. 12. §. 3. D. d. t. eadem ratio*

B

ob-





observanda. huc quoque spectant omnes casus regulæ notiffimæ, quæcunque ea ratione in uxorem duci non potest, quod quis ei sit Parentis loco, eius quoq; filiam ac neptem ducere non potest, quia & illis est Parentis loco, quæ regula in infinitum procedit. §. 3. & 5. *Instit. de nupt. l. 17. §. fin. l. 39. dict. tit. l. 17. Cod. d. rit. l. ult. Cod. de incest. & inutil. nupt.* similiter fratres & sorores, §. 2. *Instit. de nupt. l. 17. C. d. t.* & affinis ex illis legitime jungi non possunt. *l. 5. 6. ult. Cod. de incest. & inutil. nupt. Levit. cap. 18. vers. 16. 18. & cap. 20. vers. 21.* Sanè etiam spiritualis cognatio impedimento est, quo minus talis justa Uxor, vel susceptori, vel suscepto esse possit, tam jure civili. *l. 26. in fin. Cod. de nupt.* quam Canonico. *tot. tit. X. de spirit. Cognat. in 6.* secus tamen ex consuetudine & statutis Ecclesiarum Augustanæ Confessionis. *Boc. Class. I. Disput. 9. th. 47. & seq.*

XIII.

Neque tamen nimis extendenda est personarum sibi invicem naturali, vel civili vinculo junctarum prohibitio: nam fœmina viro in quarto consanguinitatis gradu lineæ collateralis æqualis sibi juncto justa uxor esse potest. §. 4. *Instit. de nupt.* similiter adoptivi fratres & sorores, finita adoptione §. 2. *Instit. dict. tit.* Et adoptivæ sororis filia. *l. 12. §. ult. d. t.* & duo fratres & sorores. *l. 4. §. 3. & seqq. D. de grad. privignus cum novercæ filia §. 8. Instit. de nupt. l. 34. §. 2. D. d. t. l. 134. de V. O.* & si quis similis casus occurrat, in quibus tamen casibus magis quid honestum sit, quam quod liceat spectandum est. *l. 42. de nupt. l. 197. de R. I.*

XIV.

DIXI CONSENTIENS CONSENTIENTI. *l. 11. 13. D. de sponsal. l. 12. l. 14. Cod. de nupt. l. 2. l. 21. cum seq. D. de nupt.* Unde sequitur neminem, ut uxor fiat, cogi posse. D. Lutherus in scripto. *daß die Eltern die Kinder nicht zur Ehe zwingen / Beust. de Matrim. cap. 45. in fin. Gail. 2. Obs. 42. & seq.* cui non obstat. *l. 22. D. de nupt.* cum ibi magis sit persuasio, quam coactio: Ita uxor fieri non potest, quæ consentire non potest, ut furiosa. *l. 8. D. de*



II.

D. de D. de his qui sui vel alieni jur. l. 16. §. ult. de nupt. aut ubi consensus non videtur liber, sic praeses non potuit uxorem ducere in provincia sibi demandata. l. 38. l. 57. pr. l. 63. l. 65. D. de nupt. l. 6. C. d. t. l. unic. Cod. si quacunq[ue] preedit potestat. miles in provincia in qua stipendium merebat. l. 65. D. de nupt. l. 3. §. 1. de donat. inter virum & uxor. tutor aut curator, cum pupilla, vel minore. tot. tit. Cod. de interdicit. matrim. inter pupill. & tutor. seu curat. l. 15. de sponsal. 36. l. 59. l. 60. cum ll. seqq. D. de nupt. Et forsan. ex hac ratione pro uxore non habetur ea, quae nupta est viro impotenti, quia haec qualitas videtur esse contra finem matrimonij, & mulier non praesumitur consensura, si talem qualitatem mariti novisset. arg. §. 9. Instit. de adopt. l. 39. §. 1. de jure dot. l. 14. §. ult. D. de manumis. vindict. Colleg. Jurid. Argent. de nupt. th. 3. huc quoque referri potest casus cap. 6. X. de frigid. & males.

XV.

Dixi, ADHIBITO CONSENSU PARENTVM, QVORVM IN POTESTATE SVNT. hoc enim ut fiat & naturalis & civilis ratio suadet. pr. Instit. de nupt. Et quamvis quanam sit illa naturalis ratio Dd. inter se disputent, probabile tamen est Imp. ad honorem, pietatem, reverentiam, atque obedientiam, quae parentibus ex lege naturae debetur, l. 2. D. de justit. & iure. l. 2. ibi cum naturalis ratio. Cod. de in ius vocando. respexisse. civilis autem ratio, quin in patria potestate, quae civilis est. §. 2. Instit. de pat. potest. l. 3. l. 8. D. de his qui sui vel alien. Jur. consistat, minus est dubii: cui & alia accedit, ne scilicet invito suus heres agnascatur, §. 7. in fin. Instit. de adopt. l. 12. §. 3. de captiv. & postlim. revers. addo etiam juris divini dispositionem, quod parentibus, quales filiis dare uxores, & filiabus accipere maritos debeant, iniungit, non liberorum voluntati praecipit. Exod. cap. 21. vers. 9. & cap. 34. vers. 16. Dent. cap. 7. vers. 3. & 4. Ierem. cap. 29. vers. 6. Syrach. cap. 7. v. 26. 27. 29. Paulus 1. ad Corinth. cap. 7. De jure canonico certum est inconciliabilem ejus esse antinomiam, ut videre est apud Coll. Jur Arg. de nupt. th. 5. Verum ex sententia Concilii Tridentini, contra rationem juris divini, naturalis, & civilis, nescio cuius spiritus



inſpiratione ſancitum his verbis: *Sancta Synodus Tridentina* anathemate damnat eos, qui ſalsò affirmant, matrimonia, à filiis familias ſine conſenſu parentum contracta irrita eſſe, & parentes ea rata vel irrita facere poſſe.

## XVII.

Quod dictum eſt de parentum conſenſu, illud non modò intelligi debet, de eo parente, qui filium & nepotem in poteſtate ipſo actu habet; ſed etiam de eo in cujus poteſtatem liberi ſunt recaſuri, ita ut poteſtas iſta in eo ſit tantum potentia v. c. ſi Nepos uxorem ducere vellet, non ſufficeret conſenſus avi; Verum etiam patris in cujus poteſtatem mortuo avo nepos recidit. *l. 16. §. 1. l. 9. D. de nupt. fac. l. 6. D. de adopt. ſi modo pater mentis compos ſit, & conſenſum præſtare poſſit, d. l. 9. de nupt. pr. Inſtit. de nupt.* Debet autem parentum conſenſus, vel præcedere, vel ad minimum concomitari. *pr. Inſtit. de nupt.* Ratihabitio verò, quam vis in aliis juris articulis retrahatur ad tempus contractus, id eſt, contractum ita confirmat, ac ſi conſenſus ab initio contractus interveniſſet, *l. ult. Cod. ad ſenatuſc. Macedon. l. 25. Cod. de donat. inter vir. & uxor.* ſecus tamen eſt in nuptijs; nam ſi his accedat ratihabitio, tum nuptiæ à die demum ratificationis, validæ erunt, ut ita in effectu conſenſus ſemper antecedit, *arg. l. 2. 9. pr. & ult cum legibus ſeqq. l. 16. §. 1. l. 19. l. 34. l. 68. de nupt. l. 7. l. 9. Cod. dict. tit. l. 11. de Statu hom. l. 13. §. 6, ad l. Iul. de adult.*

## XVIII.

Conſenſus tamen, ut præciſe verbis exprimatur, necelle non eſt; ſed ſufficit patris ſcientia & patientia, *l. 5. Cod. de nupt.* in hac enim juris materia, is conſentire videtur, qui non evidenter diſſentit, & contradicit, *l. 11. §. ult. l. 12. l. 13. pr. D. de his qui not. infam. qualis conſenſus in adoptione. l. 5. l. 24. D. de adopt. & ſponſalibus ſufficit. l. 7. §. 1. de ſponſalibus* Bocer. *Clasſ. 1. Diſput. 9. tb. 12.*

## XIX.

Accidit tamen quandoque ut uxor quæ ab initio juſta atque legitima non fuit, ex poſt facto legitima fiat: quod pluribus modis contingit, v. c. ſi matrimonium parente invito con-

tra-



tractum esset, mortuo vero eo conjuges in priore voluntate perseverent. *l. 11. D. de statu hom.* si uxor ante 12. annum ætatis suæ in mariti domum venisset, eo postea completo, uxor esse incipit. *l. 13. §. 8. ad l. Iul. de adult. l. 4. de nupt.* si matrimonium à Præside in provincia contractum, finito officio continuetur, & conjuges in priore voluntate perseveraverint. *l. 65. de nupt. l. 6. Cod. dict. tit. l. 1. Cod. si Rector prov.* si pater ex post facto consentiat. *l. 13. §. 6. ad l. Iul. de adult.* si servus & serva in conjunctione post manumissionem subsistant. *l. 39. de jure dot.* si quis mulierem, quam antea in concubinato licite habuit, affectione procedente uxorem habere destinet. *l. 10. cum l. seq. Cod. de nat. lib.* & sic in pluribus similibus casibus.

XX.

Dixi, HONESTÆ CONDITIONIS HONESTO: Unde qui hoc requisito carent legitimæ uxores non sunt, v. c. adulterij damnata, neque ab alio duci, neque à marito reduci (excipiatur casus *Novell. 134. cap. 10.*) potest. *l. 29. §. 1. l. 33. §. 1. ad l. Iul. de adult. l. 9. Cod. eodem l. 37. §. ult. de minoribus.* imò ne accusata quidem ab alio duci *l. 26. de nupt.* à marito tamen, abolitione impetrata, reduci potest. *l. 34. §. 1. d. r. l. 17. Cod. ad l. Iul. de adult.* itemque rapta raptoris *l. 1. Cod. de rapt. Virg. Novelli 143.* neque adultera adulteri. *Nov. 134. cap. 12. tot. tit. X. de eo qui duxit in matrimon.* uxor esse potest. huc refero reprobationem nuptiarum Viri senatorij, aut in alia dignitate constituti, cum libertina, scenica, aut scenicæ filia, tabernaria, tabernarij, arenarij, aut lenonis filia, vel judicio publico damnata. *l. 23. l. 27. l. 31. & seq. l. 43. §. 10. l. 44. l. 49. l. 58. de nupt. l. 23. cum l. seq. Cod. d. tit. l. 7. Cod. de incest. & in ut. nupt.* qui tamen juris rigor videtur remissus *Nov. 78 cap. 3. Nov. 89. cap. 15. Nov. 117. cap. 6.* è contra nec senatoris filia, vel neptis, vel proneptis recte nubit ei, qui vel ipse, vel cuius parens artem ludicram exercet *l. 16. l. 34. §. ult. l. 42. §. ult. l. 44. pr. vers. neq. senatoris l. 47. D. de nupt videtur tamen Novell. 117.*

XXI.

Dixi, BENEDICTIONE SACERDOTALI ADHIBITA. *Nov. Leonis 89.*





can. 1. can. nostrates 3. caus. 30. q. 5. atque hoc vetustissimum Christianorum institutum fuisse testatur Hottom. Illustr. quæst. 25. Conscia enim Ecclesia, unde nascantur futurae Ecclesiae membra, & primi coniugii à Deo auctore facta benedictio, religiosam hanc consecrationem exposcit Cypreus *de sponsal. cap. 11. §. 14. & seq. §. 19. & seqq.* quin & apud Romanos uxor aliter duci non potuit, nisi sacrificiis peractis, post Brisson. & Cypræ. Hillig in Donell. *Enucleat. lib. 13. cap. 20. lit. I. not.*

## XXII.

Ex his modo dictis facile constat, quæ nam fœmina legitima uxor esse non possit, nempe ea, quæ vel non est civis Romana, vel legitimam ætatem nondum consecuta vel proximiori gradu, vel præter consensum necessarium iuncta marito, vel in conditione inhonesta constituta, vel præter benedictionem sacerdotalem domum ducta, per textus in superioribus thesisibus allegatos, & in genere omnes illæ de quibus in tit. Cod. de incest. & inutil. nupt. Dd. agunt. Nam si aliqua contra superius dicta marito jungatur, nec uxor, nec matrimonium legitimum intelligitur, §. *pen. Instit. de nupt.* Ubi tamen illa adhibenda est distinctio, incestuosas uxores nullo unquam tempore justas atque legitimas fieri posse: at in reliquis casibus nuptiæ quæ ab initio non valuerunt, ex post facto conualescunt, quod fit v. c. si Nuptiæ invito alterutro parentum contractæ mortuo parente conjuges in eadem voluntate persistant *l. 11. de statu hom.* si quæ domum deducta esset uxor, ante ætatis annum 12. sed postea in domo mariti 12. annum compleverit, ab eo tempore legitima esse uxor incipit *l. 13. §. 8. ad l. Iul. de adulter. l. 4. de nupt.* si à Preside in Provincia contractum sit matrimonium, finitio officio, & durante voluntate nuptiæ constitunt. *l. 6. Cod. de nupt. l. 65. §. 1. D. d. tit. l. 1. Cod. si Rect. provinc.* si Pater ex post facto nuptiis filii consentiat, nuptiæ fiunt legitimæ. *l. 13. §. 6. ad l. Iul. de adult.* si servus & serva post manumissionem, in conjunctione perseverent. *l. 39. de jure dot.* si quis ab initio mulierem concubinam habuerit, postea affectione procedente uxorem eam habere velit. §. *ult. Instit. de nupt. l. 10. & 11. Cod. de natural. lib. & sic de cæteris. th. 19. relatis casibus,* cum sc. impedimentum removetur.

## XXIII.



Eiusmodi autem uxorem, quæ legitima non est, sive foeminam, quæ uxoris loco habetur, minime meretricem esse oportet: sed talis persona, sit necesse est, ad quam unus solus habeat consuetudinem, cum qua etiam possent consistere veræ nuptiæ gradus ratione, *d. §. ult. Instit. de nupt. l. 5. 6. 7. 10. 11. Cod. de Concup. vocantur autem concubinæ. tot. tit. D. & Cod. de Concup. uxores impropriae, sivi contubernales. Schard. in lex. jur. civilis. verb. uxores impropriae. dicuntur esse loco uxorum. can. 5. dist. 34. l. 144. de V. S. vice conjux, Cuiac. in parat. D. de concub. cum qua est coniugium inæquale. l. 3. §. quod si alterutrum Cod. de nat. lib. semimatrimonium, Cuiac. in paratit. Cod. de Concup. dicitur etiam respectu liberorum, quasi noverca l. 4. Cod. de nupt. In quibus autem talis ab uxore differat, & in quibus conveniat, latius tractat Coll. Jur. Arg. de Concup. th. 2.*

XXIV.

Erit itaque conditio uxorum, qualitas, sive jus huiusmodi personis de jure tributum, per quod vel ipsæ vel bona eorum respectu aliarum personarum, vel rerum, vel restringuntur, vel fortuna pinguiori utuntur, ut suo loco ostendemus.

CAPVT SECVNDVM.

*Continens specialem Legislatorum, in decernendis uxorum privilegii curam.*

THESIS. I.

**N**imis diu in prioris capitis tractatione moratus, in hoc secundo brevior me fore spero, tractandum autem video, de Legislatorum in decernendis uxorum privilegii cura; Non lubet ab aliis Gentibus huc quicquam repetere; sed quid ex usu civitatis Romanæ obtinuerit, unum aut alterum exemplum adducam: Senatus populi Romani, circa annum urbis 265. ob benemerita Veturiæ & Volumniæ matris, atque uxoris Marci





Marci Coriolani, matronarum, atque uxorum ordinem benignissimis decretis adornavit, sanxit namque uti fœminis semita Viri cederent, confessus plus salutis Reipublicæ in stola quam in armis fuisse, vetustisque aurium insignibus novum vittæ discrimen adiecit: permittit quoque his purpurea veste, & aureis uti segmentis: teste Valerio Maximo *Lib. 5. cap. 2.*

II.

Quia autem mulierum natura infirma est, atque fragilis & ideo facilius defraudari possent. *l. 2. §. verba D. ad senatusc. Velleian. l. regula. 9. D. de jur. & fact. ign. l. 1. §. accusationem 10. D. ad senatusc. Turpill. l. 4. in fin. Cod. de sponsal. l. Imperialis. 23. C. de nupt. l. quisquis §. 3. Cod. ad leg. Iul. Majestat. cœperunt Imperatores earum habere curam, ne ex intercessione pro viris sive persuasione, sive comminatione extorta, læderentur. Vnde primum Divus Augustus, postea D. Claudius Edictis præceperunt ne fœminæ pro Viris suis intercederent. *l. & primo 2. pr. D. ad senatusc. Velleian.* quod privilegium postea ad totum sexum omnesque intercessionis species, per senatusconsultum Velleianum extensum est Marco Silano, & Velleio Tutore Consulibus. *d. l. 2. §. postea 1. D. ad senatusc. Velleian.* Cui beneficio uxores, etiamsi in illorum favorem introductum sit, difficulter tamen renunciare possunt. *l. si mulier. 22. Cod. ad senatusc. Velleian.**

III.

Ex eadem ratione ducti legumlatores, dotibus uxorum maxima tribuunt privilegia, omnia enim reprobarunt pacta quæ mulierem facerent indotatam *l. 4. l. 11. l. 12. §. 1. l. 26. D. de pact. dotal.* Dotis promissionem etiam sine stipulatione factam ita confirmarunt, ut ipso jure intercessisse stipulationem fingant. *l. 6. Cod. de dot. promiss. l. unic. §. 1. Cod. de re uxoris action.* quod promissor semper in maiorem summam spondidisse intelligatur *l. 57. de jure dot.* semper id agi videtur, ut dos in prius matrimonium illata, in posterius converti videatur. *l. 30. l. 40. l. 64. D. de jure dot.* in ambiguis semper pro dote respondendum. *l. 70. dict. sit. l. 85. de R. I.* Inprimis vero hoc uxoris privilegium præ cæteris omnibus splendet, quod non modo



modo ante omnes Creditores sive hypothecarios expressos vel tacitos sive personaliter privilegiatos, sive chyrographarios, dotem existentem recipit. *l. unic. §. 1. & seqq. Cod. de rei uxor. act. l. assiduis. 12. Cod. qui pot. in pign. l. in rebus 30. Cod. de jure dot. Nov. 97. cap. 3. & 4.* Verum etiam si amplius non existat, habent jus tacitæ hypothecæ *d. l. 30. Cod. de jure dot. d. l. unic. §. 1. Cod. de rei uxor. act.* imo etiam prælationem præ omnibus Creditorebus etiam expressam hypothecam anteriorem habentibus *l. 4. Cod. in quibus caus. pignus tacit. contrah. d. l. 12. Cod. qui pot. in pign. l. 29. cum l. seq. Cod. de jure dot.* Amplifs. Dn. D. Rehan, in paralipom. Meierian. 8. quest. 2.

## IV.

Sed nec beneficia huic sexui tributa cessant in bonis paraphernalibus: nam quamvis in his prælationis privilegio uxores non gaudeant, certum tamen est, eas respectu horum bonorum & sponsalitiæ largitatis, nec non post mortem mariti alimentorum præbendorum, sive vidui nomine, tacitæ hypothecæ jure munitas esse. *l. assiduis Cod. qui pot. in pign. l. si cum dotem. 22. §. fin autem, 8. D. solut. matrim.* imo in hac ipsa tacita hypotheca videtur aliquid subesse privilegii prælationis: Cum enim gaudeant tali jure à die illatorum, non consumptorum huiusmodi bonorum, satis evidenter constat, hypothecam hic vires suas exerere, antequam consumendo debitum contractum est, cum alias pignus constitutum vires suas exerat demum à die contracti debiti, non constitutionis. *l. 1. & 2. Cod. si pign. convent. num.*

## V.

Hæc quoad mulierum bona, eorumque conservationem, nec tamen in his substiterunt Legumlatores; verum etiam honores, atq; dignitates maritorum uxoribus tribuere haud dubitarunt: Uxor enim ipso jure fit particeps familiæ, dignitatis, fori, atque domicilii mariti, *l. 8. D. de senat. l. 13. Cod. de dignit. l. ult. Cod. de incol. l. 65. de jud. Nov. 105. cap. 2. pr. & privilegia etiam personalia illis communicantur. l. 6. ibi: una cum uxoribus Cod. de profess. & medic. durantque hæc jura etiam in viduis. l. 1. Cod. de dignit. d. l. ult. Cod. de incol. l. 22. §. 1. ad Municipal.*



*cipal. Nov. 22. cap. 36.* quam diu enim vidua manet, durare idem matrimonium intelligitur, *l. ult. Cod. de bon. matern.* Eadem illis debetur reverentia, *l. 1. Cod. de injus vocand.* ita ut sacratissimus Imper. Justinianus noster reverendissimam conjugem suam participem consilii sumere solitus fuerit. *Novell. 8. cap. 1.* Iniuria facta uxori, facta etiam videtur marito, *l. 2. Cod. de injur.* fit consors omnium bonorum mariti, ut iis uti possit *l. 4. Cod. de crim. expil. heredit.* *l. 1. D. rerum amot.* Vnde etiam alimenta maritus debet, sive is dotem acceperit, sive non acceperit, *l. 22. §. 8. solut. matrim.* Bart. & Cyn. *in l. 11. Cod. de negot. gest.* quemadmodum nec ex causa dotis non acceptæ ædibus à marito extrudi, *l. pen. §. 1. Cod. de repud. Novell. 22. cap. 18.* Nec ad debita mariti exolvenda, ulla ratione cogi potest, *tot. tit. Cod. ne uxor pro marit.*

V I.

His modo dictis adiungi possent & alia juris beneficia, vel jure expresso tributa cuiusmodi sunt, quod mulieres biennio citius à tutela liberentur, ad contrahendas nuptias admittantur, & veniam ætatis impetrent, quam mares *pr. Instit. quibus modis tut. finit. junct. pr. Instit. de nupt. l. 5. D. de testam. l. ult. Cod. quando tutor esse desinit.* quod neque pro debito neque crimine carceribus includi debeant; sed datis fideiussoribus, aut juratoria cautione præstita, liberam vitam agant: adeo ut neque pro atrocissimo crimine in vincula coniiciantur; sed in monasterium, vel asceterium mittantur, vel mulieribus aliis, per quas custodiantur, tradantur. *Auth. sed hodie. Cod. de offic. divers. judic. Auth. hodie. Cod. de custod. reor.* etiam in atrocissimo læsæ majestatis crimine, in filiabus non tam gravis, quam in filiis pœna statuta est; hi enim perpetua egestate sordeant, in quibus hereditarii criminis metuuntur exempla; illæ vero Falcidia, ex bonis maternis gaudeant, quas pro infirmitate sexus minus ausuras Imperatores confidunt. *l. quisquis §. 5. Cod. ad l. Iul. Maiestat.*

V I I.

VEL EX DOCTORVM TRADITIS, ATQVE LEGVM SENTENTIIS INDUCTA, cuiusmodi sunt, quod uxor in curia publica comparere



parere non cogatur; Bald. ad l. fin. Cod. de Procur. si in testem  
 producat, Iudex commissarium, ut eam in domo sua exa-  
 minet mittere debeat. Bart. ad l. ad personas 15. D. de iure iur.  
 Minor metus uxori iniectus, eidem proficit ad fundandam ex-  
 ceptionem metus, quam viro. gloss. ad cap. cum locum. 14. ad  
 verb. metus. X. de sponsal. quamvis enim ad impetrandam resti-  
 tutionem in integrum, aliàs requiratur metus, qui cadit in  
 constantem virum. cap. cum dilectus. 6. X. quod metus. caus. suffi-  
 cit tamen in muliere talis qui cadit in constantem foeminam.  
 Canonist. in cap. veniens. X. de sponsal. in tantum ut vel sola com-  
 minatio, pro justo uxoris metu habeatur. Wesenbec. Lib. I.  
 cons. 43. n. 128. metus quippe secundum metuentis conditio-  
 nem considerari debet. Innocent. in cap. cum dilectus. X. quod  
 metus caus. Item mulierum testimonia, quandoque preferun-  
 tur virorum, nimirum quando ex una parte matronæ bona fa-  
 mæ & existimationis, ex altera verò plebei, & viles viri produ-  
 cuntur. Baldus in l. testium. Cod. de testib. Similiter legatum  
 quod relictum monasterio, de monialium, non monachorum  
 intelligendum est, quia magis piæ reputantur. Bart. in l. in  
 multis. D. de stat. hom. Cuius rei infinita pene exempla adduci  
 possent, nisi brevitatis studio ab ulteriori deductione absti-  
 nerem.

VIII.

Et quamvis in multis juris articulis, deterior foemina-  
 rum, quam masculorum conditio videatur, l. in multis. 9. D. de  
 stat. hom. & ideo ab omnibus officiis civilibus, sive virilibus, l. r.  
 §. 5. D. de postul. l. 18. Cod. de procur. vel publicis eas remotas di-  
 cant jura nostra, præsertim ubi ministeriū requiritur l. 12. §. 2. de  
 judic. l. 1. §. 1. ad senatusc. Velleian. Vnde nec iudices esse, nec ma-  
 gistratum gerere, nec postulare, nec intervenire pro alio, nec  
 tutores, vel procuratores esse posse constat, ex l. foemina 2. pr.  
 D. de R. I. Attamen hoc affirmare non dubito, etiam in illa  
 prohibitione sapissimè aliquid latitare privilegii, & beneficii.  
 Nam iudicem esse, magistratum gerere, res magni est periculi  
 rot. tit. D. & Cod. de magistrat. conven. l. 15. D. de judic. rot. tit.  
 Cod. de poen. jud. qui malè judic. pr. Instit. de Obligat. qua quasi.  
 ex del.





*ex del. nasc. pro alio intervenire, aut fidejubere, graviter obligat, tot. tit. de fidejuss. à publicis muneribus, l. 6. D. de cap. deminut. l. 78. de judic. aut personalibus, l. 3. §. 3. D. de muneribus. aut corporalibus, l. 18. D. de V. S. itemque tutelis & curis imūnem esse magnum aestimatur beneficium tot. tit. D. de vacat. & excus. mun. tot. tit. C. de jure immunit. tot. tit. Instir. Dig. & Cod. de excus. tut. & curat. atq; ex eo ipso constare videtur, hanc prohibitionem à Legislatoribus ex favore, non verò in odium mulierum introductam esse, ne ex inconsulta facilitate obligentur, damnumque patiantur. l. 2. §. 3. ad senatusc. Velleian. Nam munerum atq; honorum, qui citra periculum suscipi possunt, uxores aliquando capaces esse constat, ex l. unic. Cod. de mulier. in quo loco mun. sex. congr. vel honor. agnosc. 10. 62.*

### CAPUT TERTIUM.

*Continens uxorum conditionem, respectu primi juris obiecti nimirum personarum.*

#### THESIS I.

**D**E jure personarum, si quæramus, uxor legitima sub potestate dominica esse non potest, supra enim cap. 1. th. 10. ostensum est uxorem eam tantum esse posse, quæ civis Romana est; Nam inter servos servasque contubernium tantum juris gentium, non verò legitimum, & jure civili approbatum est coniugium. l. 14. §. serviles. D. de rit. nupt. l. 49. de manumiss. testam. l. cum ancillis. 3. Cod. de incest. & inutil. nupt. in tantum, ut etiam si legitimi coniuges ab hoste capiantur, & in servitutem deducantur, neque revertantur, interim legitimi coniuges non reputentur. l. Divi Severus. 24. in fin. D. de capt. & postlim. revers. reversi tamen pristinum statum recipiunt. d. l. 24. pr. quatenus adhuc in eadem persistunt voluntate; In dominica tamen potestate servos servasque habet. l. nec mulierem 3. Cod. de Vind. libert. l. cum testator 8. Cod. de testam. manumiss.

#### II.

*Quemadmodum autem dictum est inter servos servasque aut*



aut altera modo persona serva matrimonium jure civili non consistere, non modo ut ab initio ejusmodi coniugium irritum sit; sed etsi durante matrimonio contingat: Itâ pari quoque ratione, inter eas personas, quæ libertatem quidem habent; At civitatis jure destituuntur, matrimonium non est, in tantum ut si contingat alteram personam desinere esse civem Romanam, & fieri peregrinam, matrimonium justum esse desinat *pr. Instit. de nupt.* Vnde rectè dicimus, mulierem desinere esse nuptam, si deportatio intercesserit *l. si quis sic. 56. D. solut. matrim. nec obstat l. sed et si mors. 13. §. proinde. 1. D. de donat. inter vir. & uxor. l. sed si alia. 5. §. quod si. 1. D. de bon. damnat. l. 1. Cod. de repud. Nov. 22. cap. 13.* Est enim, monente Cuiacio *ad. d. Novell. 22.* distinguendum inter matrimonium jure civili legitimum, & Juris gentium: Nam nuptiæ civiles dirimuntur deportatione: quia deportatus desinit esse civis Romanus, nuptiæ autem legitimæ propriè sunt civium Romanorum, At non iure Gentium, quo iure etiam inter peregrinos matrimonium esse potest. *Coll. Jurid. Argent. de divor. & repud. d. th. ult. in fin.*

## III.

Vxor in potestate liberos non habet, sive quæramus de naturalibus, sive de adoptivis. *§. femina 10. Instit. de adopt. l. mulierem. 5. Cod. de adopt.* Et quamvis eidem adoptare per rescriptum principis ad solatium liberorum amissorum liceat, hanc tamen adoptionem, ad filium quidem, non autem ad filium familias consequendum prodessè *dd. LL. constat, nec alium ullum effectum adoptatus sibi applicare poterit, l. 29. §. 3. de inoffic. testam. l. 8. Cod. præscript. long. temp. Novell. tamen Leonis 27.* fœminis adoptionem simpliciter permittit.

## IV.

An autem fœmina, nuptiis contractis, in patris potestate remaneat? metitò quæritur; Et si quidem ius antiquissimum intueamur, videtur dicendum illam mulierem quæ coëmptione in manum, atque familiam mariti transit, maritoque futura suus heres, desisse esse in potestate patris, quia facta est mater familias, vide supra *cap. 1. th. 9.* Et testamentum facere potuit.

C 3

Ulpian.



Ulpian. *tit. 20. §. 15.* Verum cum eiusmodi formæ contrahendarum nuptiarum ab usu recesserint, certum est jure nostro civili, filiamfamil. alteri nuptam, in potestate patris remanere. *l. soluto. 2. §. quod si. D. solut. matrim. l. si mulier 29. §. is qui. 1. D. de religios. & sumpt. fun. l. patri datur. 20. cum mult. seqq. D. ad l. Iul. de adult.* Sane hodiernis moribus nuptiis contractis & separata habitatione instituta, solvi patriam potestatem communiter persuasum est. Hillig. in Donell. *Enucleat. lib. 2. cap. 26. lit. m. in not. post. Wurmser. 1. pract. observ. tit. 36. observ. 9. Bocer. class. 1. Disput. 13. thes. 22. Coll. Iur. Arg. de adopt. & emancipat. th. 106. & seq.*

V.

Sunt etiam haud pauci, qui uxorem in potestatem mariti transire asserunt; verum eiusmodi potestas iuri civili est incognita, fatemur quidem esse mariti aliquam in coniugem potestatem; Tyraquel. *de Leg. Connub. 1. per tot.* Verum à dominica & patria ita distinctam, ut in iure personarum effectum nullum habeat, quemadmodum etiam alias potestates esse videmus, cuiusmodi est potestas Tutorum, & Curatorum in pupillos, & minores, §. 1. *Instit. de tut.* Magistratus in subditos, &c. reverentiam quidem uxor debet marito, & obsequium, & operas, *l. 14. §. 1. solut. matrim. l. ult. Cod. qui pot. in pign. l. 48. D. de oper. libert.* Hillig. in Donell. *Enucleat. Lib. 13. cap. 21. lit. L. in not. C. 1. A. de nupt. th. 26. num 4.* sed interim socia est mariti, rerum habet administrationem, eadem cum eo fruitur dignitate, divisum habet cum marito imperium. Hillig. *d. loc. lit. H. in not.* Coll. Iur. Arg. *d. th. 26. n. 3.*

VI.

Quamvis autem jure civili uxor sit in potestate patris, non mariti, liberi tamen ex ea progeniti, non uxorem; sed patris sequuntur potestatem, §. *ult. Instit. de parr. pot.* quia familia per filiam non propagatur. *l. 195. §. ult. D. de V. S. Locamer in not. ad d. §. ult. de parr. potest.*

VII.

Uxor in tutoris potestate esse non potest, quia supra cap. 1. th. 12. dictum est uxorem legitimam esse non posse, nisi pubes sit, sive Viripotens; At curatorem habet, & retinet uxor, etiam si

tiam si



si nubat, maritus autem à cura uxoris iure civili excluditur. §. iidem. 19. *Instit. de excusat. tut. l. 2. C. qui dare tut. l. virum. 14. D. de cur. fur. l. 4. C. de excusat. si tamen jus saxonicum, & consuetudinem hodiernam inspiciamus, Maritum uxoris legitimum curatorem, Ein Ehevogt/ esse deprehendimus. Hillig. in Donell. Eucleat. lib. 3. cap. 20. lit. B. not. in fin. Coll. Iur. Arg. de tut. th. 11.*

VIII.

Vxor autem tutor vel curator esse nequit; l. 1. *Cod. quando mul. tutel. offic. fung. poss. l. tutela 16. l. ult. D. de tutel. l. 2. de R. 1. Matrem tamen aut aviam ad tutelam liberorum admitti constat ex l. 2. 3. C. quando mul. tut. offic. Novell. 22. cap. 46. Nov. 89. cap. 14. Nov. 94. cap. 2. Nov. 118. cap. 5. sed tum demum si nullus reperiatur testamentarius. d. Nov. 118. c. 5. d. l. 2. & 3. Cod. quando mul. tut. off. fung. Et mulier velit tutelam vel curam suscipere, d. l. 2. & 3. d. tit. nec ad secunda vota transeat. Nov. 94. c. 2. Nov. 118. c. 5. & senatusconsulto Velleiano renuncient d. Nov. 94. cap. 4. Matrem tamen à patre prohibitam, ad tutelam vel curam liberorum non admitti, nec avo paterno præferri, nec aviam maternam cum avo materno ad tutelam vocari, cum Coll. Iur. Arg. de Legit. tut. th. 3. n. 1. 8. & 9. statui-  
mus.*

CAPUT QUARTUM.

*Continens uxorum conditionem respectu secundi juris obiecti, nimirum rerum.*

THESIS. I.

**J**US rerum cum consistat in jure in re & ad rem §. 1. *Instit de Act. eodem modo uxorum conditionem consideramus. Est autem jus in re, dominium, possessio, servitus, & pignus. l. 3. §. 12. D. ad exhibend. quæ jura omnia, & singula uxorem acquirere posse, atque in alium transferre, sive per se sive per mediam personam (qua de re infra, ubi de contractibus agendum, plenius dicitur) nemo est qui dubitat, si modo voluntatem acquirendi, aur respectivè transferendi habeat, l. 18. D. de rebus*





*de rebus credit. l. 36. D. de acquir. rerum. domin. rariones utriusque tractat. Coll. Jurid. Argent. tb. 6. n. 3. 4. de acquir. rerum domin. quibus verbis excludimus fariosam, mente captam, prodigam, minorem curatorem habentem, & similes, in quibus voluntas, vel omnino deficit, vel ad acquirendum, vel transferendum insufficientis est.*

II.

At de uxore filiafamilias in potestate adhuc constituta dubitatur, an sibi, an patri, an marito acquirat? Et quidem sibi ipsi, aut patri acquirere, simpliciter vix asseri poterit, idque ea ratione, quia eiusmodi filiafamilias plerumque bona non habet, nisi dotalia, ex quibus bonis quicquid acquiritur, marito ad subeunda onera matrimonii acquiritur, fructus enim ejus sunt. *l. 10. §. 3. l. 32. l. 47. l. 56. §. 1. 2. l. 75. in fin. cum l. seq. in n. D. de jure dot. l. 20. Cod. dict. tit. l. unic. §. 9. Cod. de rei uxor. act. l. 21. §. 1. de donat. inter vir. & uxor. l. 65. §. ult. pro soc. l. 20. §. 2. l. 46. l. 51. pr. famil. exercisc. l. 2. Cod. eodem l. 85. ad l. falcid. l. ult. D. de dolo malo & met. except. l. 22. §. 8. solut. matrim. l. ult. dict. tit. l. 4. l. 11. 12. 28. de pecc. dotal. l. 2. Cod. de pact. convent. quod si aliquid, acquirat ex re mariti & operis suis hoc omne marito acquirat cui operas prestare debet. *d. l. 48. pr. & §. ult. D. de oper. libert. remanet itaque filiamfamilias alii nuptam, nil nisi si quid ex re patris, aut eius nomine acquisiverit, patri acquirere arg. §. 1. & 4. Instit. per quas personas cuique acquir. adventitia sibi, ex operis quaesita, marito regulariter.**

III.

Jus ad rem ex obligatioe, descendens acquiritur vel contractibus & quasi contractibus: vel delictis & quasi delictis; §. ult. Instit. de Obligat. de singulis videbimus. Cæteris itaque paribus, (exclusas enim hic & ubique volumus eas uxores quæ consensu vel omnino, vel sufficienti destituuntur:) pacisci & transigere possunt uxores *arg. l. Polla 2. C. de his quibus ut indign. l. postquam 4. l. creditori §. 1. pacta 6. l. pacta novissima 12. l. si actionem 24. l. pacto successorum 26. Cod. de pact. l. age 3. l. fratri 10. l. interpositas 13. cum l. seq. l. non minorem 20. l. si maiores 25. cum l. seq. l. si ve. 28. cum l. seq. l. si maior. 36. cum l. seq. l. quamvis 39. Cod. de transact.*

IV. Uxor



Uxor procuratorem dare potest, tam ad litem, quam ad negotia *l. filius familias 8. pr. D. de procurat.* & dari potest ad negotia, non etiam ad lites, *l. neque femina 54. pr. d. tit.* nisi pro parentibus *l. femina 41. dict. tit.* aut in rem suam *l. qui absente 4. C. de procurat.* Eius negotia geri possunt etiam sine mandato, *l. ait prator 3. §. hac verba 1. & §. 3. l. divortio 35. pr. l. ignorante 48. D. de negot. gest.* Et ipsa quoque uxor aliena negotia rectè gerit sine mandato *l. fidei ussor 32. §. ult. dict. tit.* mutuum pecuniam dare *l. si ea pactione 14. Cod. de usur.* & sumere potest; *l. cum allegas 15. Cod. eod. tit.* promutuum etiam contrahit, *l. qui exceptionem 40. D. de condict. indebit. l. quod servius 8. D. de condict. caus. dat.* & ob id obligatur; *l. si donaturus 9. §. ult. D. de cond. caus. dat.* pecuniam constituere potest *l. 1. §. ait. prator. 1. D. de constit. pec.* Eique constitui. *l. quod si maritus 3. pr. dict. tit.* commodare potest etiam rem alienam *l. si constante 24. §. si uxor. 6. D. solut. matr.* pignus rectè contrahit, *l. nec. Creditores 10. cum 2. LL. seqq. Cod. de pignor. action.* Negotiationem maritimam rectè exercet *l. 1. §. parvi 16. D. de exerc. act. l. & si à muliere 4. Cod. dict. tit. & terrestrem l. 7. §. parvi 1. D. de instit. act. l. 1. C. eod. §. 2. Instit. quod cum eo qui in alien. pot. exceptione Senatusconsulti Macedoniani gaudent. l. sed si pater familias 9. §. hoc senatusconsult. 2. D. ad senatusc. Maced.* Habere potest peculium non modo profectitium, *l. 1. de eo 3. D. de pecul. l. Iulianus 19. D. de condict. furt. l. 3. §. 4. rerum amot. l. 1. §. 4. de trib. act. l. 11. Cod. quod cum eo qui in alien. pot. sed & adventitium l. ancillarum 27. pr. D. de pecul. facit §. 1. Instit. per quas personas.* Non tamen castrense quia miles esse non potest. Depositem dat, *l. Publia 26. D. de pos. negotia sua administranda alteri mandat, & ex mandato obligatur l. Idemque 10. §. si cui 6. mandat.* Societat em inire potest tum cum quolibet extraneo. *l. 1. Cod. qui testam. fac. poss. tum etiam cum marito, l. 16. §. ult. D. de alim. & cib. legat. l. 32. §. 24. D. de donat. inter vir. & uxor. l. 17. §. 1. solut. matrim.* quæ moribus hodiernis ipso iure nuptiis contractis. inter coniuges inita censetur, ita ut maritus lucretur partem aliquam eorum quæ ex bonis, vel industria uxoris, acquiruntur, & uxor

D

capi-



capiat aliquam partem eorum, quæ ex bonis & operis mariti acquiruntur; videatur Hillig. in Donell. Eucleat. lib. 13. cap. 16. lit. B. Coll. Jur. Arg. de Societat. th. 5. n. 3. & de nupt. th. 26. n. 3. ubi putat veram societatem non contrahi nisi expresse convenerit. d. l. 16. §. ult. de alim. legat. Ita quoque emit. l. si minor. 9. Cod. de act. empt. l. si ancillam. 11. d. 1. l. cum ipse 5. C. de contrah. empt. l. de contractu 3. Cod. de rescind. vendit. & vendit. l. 1. Cod. de act. empt. l. curabit. §. d. l. locat. l. damnum. 12. C. locati. l. si olei 21. d. 8. conducit l. § 2. de donat in vir & uxor. l. 18. Cod. de jur. dot. l. si divisa. 13. l. si de fundo. 15. Cod. de Locat. Conduct. nec dubitamus id ipsum quoque juris esse in permutatione, aliisque contractibus innominatis, quod enim eos uxores contrahere nequeant, nulla apparet ratio; imò disertè videtur probare, l. 1. 2. l. quoniam. 5. l. ea lege. 8. Cod. de rerum permutat.

V.

Sequitur ut de dotē, atque donatione videamus: Dotem quod attinet constituere eam potest uxor tum pro se ipsa. l. 1. Cod. de dot. promiss. l. 4. l. 16. l. 18. l. 28. Cod. de jur. dot. tum pro filia. l. 8. l. 14. l. 17. l. 18. l. ult. Cod. d. tit. tum pro quacunque muliere. l. ult. Cod. ad Senatusc. Vellei. generaliter enim statutum est, per dotis promissionem obligari omnes, cuiuscunque sexus sint, aut conditionis. l. 41. D. d. tit. nisi dolo inducta sit, vel metu. l. 21. §. 3. D. quod met. caus. aut in integrum restituatur. l. ult. C. ad Senatusc. Velleian. hanc parens filiam in potestate sua constitutam dotare cogitur. l. 19. D. de Rit. nupt. l. ult. §. neq; enim. Cod. de dot. promiss. l. 23. §. fin. D. ad Senatusc. Trebell. l. 6. D. de collat. quod etiam de adoptivo intelligunt. Obrecht. de jure dot. thes. 98. & seqq. Bocer. Class. 2. Disput. 18. th. 6. per l. 5. §. 13. D. de jure dot. l. 19. de Rit. Nupt. Et locupletem quoque filiam dotandam putat Treutl. 2. Disput. 7. th. 2. lit. C. Boc. dict. loc. th. 9. Sane patrem filiam emancipatam quoq; dotare debere asserit Treutl. d. th. 2. lit. d. arg. l. 5. §. 1. D. de agnosc. & alend. lib. Parentem autem intelligo etiam avum, proavumque paternum. l. 6. D. de collat. l. 7. §. u. l. de 19. rem. vers. l. 5. §. 8. de jure dot.

VI. Do-



Donationem, quod attinet, potest uxor regulariter donare cuicunque res paraphernales. *l. 6. de revoc. donat. l. 20. C. de donat.* non tamen res dotales ne quidem marito consentiente. *l. 21. Cod. de donat. tot. tit. D. & Cod. de fund. dotal.* Uxori quoque donari potest. *l. 26. l. 31. §. 1. & 2. de donat. l. 2. Cod. d. t.* Non tamen poterit donare maritus uxori, nec uxor marito, *l. 1. 2. 3. §. 10. l. 5. §. ult. l. 52. §. 1. & pass. D. de donat. inter vir. & uxor.* quamvis enim inter coniuges plerique contractus liciti sint. ut mutuum. *l. 7. §. 6. de donat. inter vir. & uxor. l. 28. §. 13. D. de liber. legat.* Societas etiam omnium bonorum. *l. 16. §. ult. de a. lim. & cibar. legat.* emptio venditio. *l. 5. §. 5. l. 7. §. 6. l. 31. §. 3. & 4. de donat. inter vir. & uxor.* depositum. *l. 9. §. ult. in fin. de jur. dot. l. 52. pr. de donat. inter vir.* Mandatum. *d. l. 9. §. ult. in fin. de iure dot.* locatio conductio *d. l. 52. pr. Commodatum. l. 7. §. 5. de donat. inter vir.* pignus, *d. l. 5. §. 6. d. t. permutatio, l. 36. l. 58. dict. tit. negotiorum gestio, l. 47. l. 58. §. ult. d. tit. l. 9. l. 17. Cod. eodem. & quodvis negotium bona fide gestum. d. l. 7. §. 6.* sola tamen donatio est excepta, ne mutuato amore invicem spoliarentur. *d. l. 1. l. 2. l. 3. pr. dict. tit.* quod si tamen aliarum extrinsecus rerum, personarumve causa commixta sit, si separari donatio non potest à negotio quod subsistit, donatio quoque valet, si verò separari potest, cetera valent, donatio non valet, *l. 5. §. 2. de donat. inter vir.* videatur *Coll. Jurid. Arg. d. tit. th. 3.* ubi res exemplis declaratur. Sane etiam si, ut supra dictum est locatio, venditio, societas, & similes contractus inter coniuges valeant, annullantur tamen si donationis causa fiant. *l. 20. l. 46 locat. l. 52. de donat. inter vir. l. 5. §. ult. pro soc. l. 16. §. 1. de minor. l. 36. l. 38. de contrah. empt.* quod pluribus exemplis illustrat *Coll. Jurid. Arg. de donat. inter vir. & uxor. th. 4.*

VII.

Quod autem de donatione Coniugum, invalida dictum est illud quoque extendi debet, si coniux, vel ei qui est in potestate Coniugis, vel is qui coniugem in potestate habet, vel is qui est in eiusdem potestate, in cuius potestate coniux est, donaverit coniugi, vel ei qui est in potestate coniugis, vel ei qui

D 2

coniu-





coniugem in potestate habet, vel ei qui in eius est potestate, in qua est coniux. l. 3. §. 2. 3. 4. 5. §. 7. 8. l. 5. §. 2. l. 19. pr. §. 1. l. 38. pr. & §. 1. l. 58. §. ult. l. 60. pr. de donat. inter vir. & uxor. l. 5. l. 19. l. 23. Cod. eod. l. 12. Cod. de donat. ante nupt. etiam si per interpositas fiat personas. l. 3. §. 10. ult. l. 4. §. 2. de donat. inter vir. etiam si post nuptias demum effectus sequatur. l. 5. pr. l. 32. §. 2. dict. tit. aut immediatè post nuptias fiunt. l. 6. Cod. de donat. ante nupt. aut cogitatione divortii. l. 12. D. de donat. inter vir. & uxor.

## VIII.

Verum hæ donationes validæ sunt, quæ fiunt inter sponsum sponsamque antequam coniuges fiunt. l. 1. §. 1. l. 14. Cod. de donat. l. 27. de donat. inter vir. & uxor. quod fit propter divortium. l. 36. l. 60. §. 2. d. t. Valent etiam tum si alimentorum causa fiant. l. 15. pr. l. 28. §. 6. ult. l. 33. pr. §. 1. d. tit. l. 11. Cod. eodem. aut honoris consequendi gratia. l. 40. cum seqq. d. tit. & in genere, ubicunque donans non sit pauperior. l. 3. §. ult. l. 4. l. 5. §. 18. 13. 14. 15. 16. l. 25. l. 28. §. 3. l. 31. §. 7. l. 56. d. t. aut donatarius non sit locupletior. l. 5. §. 5. 8. 9. 10. 11. 12. 16. 17. ult. l. 7. pr. §. 1. 2. 3. 4. l. 28. pr. d. t. aut si donans inter vivos non revocet. l. 1. l. 3. l. 12. l. 4. Cod. d. tit. aut mortis causa donatio facta sit. l. 9. §. ult. cum ll. seqq. D. d. tit. videatur Coll. Jurid. Arg. d. tit. th. 6.

## IX.

Licet autem inter coniuges nec possessionis ulla sit donatio. l. 46. D. de donat. inter vir. & uxor. ex donatione tamen proprietatis, atque insecuta traditione, vera possessio transfertur. l. 1. §. ult. pro donat. l. 1. §. 4. D. de acquir. vel amit. possess. inde possessori sive possidenti coniugi interdicta dantur possessoria. l. 1. §. 9. 10. D. de vi & vi arm. quamvis quoad dominii acquisitionem, sive usucapionem, mala fide videtur possidere, & idè non usucapit. l. 19. pr. l. 26. D. de donat. inter vir. & uxor. l. 57. D. de acquir. rerum dom. l. 13. §. 1. l. 16. de acquir. poss. l. 44. de donat. inter vir. & uxor. nec dominium transfertur ex quocunq; titulo in accipientem. l. 3. §. 10. 11. l. 5. pr. §. 9. l. 7. §. 8. ult. l. 9. §. 1. l. 11. pr. l. 28. pr. l. 32. dict. tit. sed possidendi causam tantum præstat. l. 36. d. tit. & quod ex ea causa ad coniugè pervenit ex causa honesta perventum videtur. l. 51. d. tit. l. 6. C. eod. Nam fructus & usu-



§ 29. ¶

usuræ licitè percipiuntur & donatario acquiruntur. l. 15. §. 1. l. 16. l. 17. pr. l. 7. §. 3. dict. tit. l. 45. D. de usur. & fruct. Et si ædificium extruat donatarius pro bonæ fidei possessore habetur. l. 27. §. ult. de Rei vindic. l. 31. §. 2. de donat. inter vir. & ux. l. 10. D. de dolo malo & met. except. Unde dolum tantum præstat. l. 28. §. 3. l. 29. pr. l. 37. de donat. inter vir. & ux. l. 8. Cod. eod. nec periculum non sustinet. l. 16. l. 28. pr. §. 3. d. l. 29. pr. l. 50. §. 1. d. tit.

X.

Videamus de testamentis: in qua juris materia, in quibusdam pari, in quibusdam diverso, cum viris mulieres jure utuntur: Et quidem testamenti factionem habent, tum activam, ut testamentum facere, l. 6. l. 14. Cod. de testament. tum passivam, ut ex eo capere possint, l. 5. Cod. de hered. instir. non modo titulo universalis, per modum heredis Institutionis, d. l. 5. sed etiam particulari, ut legatum, fideicommissum &c. tum relinquere, tum capere possint, nam qui jus testandi habet, rectè etiam legant, l. 2. l. 114. pr. §. 1. de legat. 1. l. 1. per tot. l. 22. §. 1. de legat. 3. iisque rectè legatur prout in specie de coniuge traditur. in l. 109. pr. de Legat. 1. l. 33. §. 2. D. de legat. 3. l. 19. C. de legat. l. ult. de legat. 1. l. 12. §. 2. D. de his quibus ut indign. Testis tamen in testamento esse nequit, l. 18. D. de testibus. l. 20. §. 6. D. qui testam. fac. poss. nec in causa mariti, cum pro domestica habeatur, l. 1. §. 15. de Scro Syllan. l. 10. Cod. de re milit.

XI.

Quod dictum est de successione testamentaria, idem quoque obtinet, in successione ab intestato; nam & matres succedunt & avia: aliaque ascendentes, Novell. 118. cap. 2. tum filia, tum neptes aliaque descendentes. d. Nov. cap. 1. tum sorores aliaque ex latere venientes feminae, d. Nov. 118. cap. 3. Sanè in subsidium omnibus cognatis remotis, uxor quoque marito succedit, & maritus uxori, filio excluso. tot. tit. D. unde vir. & uxor.

XII.

Quemadmodum autem ex his quæ supra dicta sunt constat, mulieres, atque uxores variis ex causis tum ex contractu, tum ex quasi contractu obligari posse, ita quoque ab obligatione debitorem rectè liberant, & ab eo liberantur, l. 65. l. 88. de solut. l. 11. Cod. d. tit. l. 24. de jure dot. sive novando, l. 5. Cod. de

D 3 novat.





servat. five solvendo. l. 2. l. 4. l. 14. Cod. de solut. five acceptum  
ferendo. l. ult. Cod. de evict. offerendo, obfignando, deponendo.  
l. 19. C. de v. sur. aut aliis similibus tollendæ obligationis modis.

XIII.

Restat ut de obligatione ex delicto videamus; nam non  
modo privatorum uxor rea fieri potest, furtum enim facit ma-  
rito, maritus uxori, l. 1. cum l. seq. rer. amot. serva sui ipsius, l. 1.  
Cod. de serv. fugit. tum partus sui. l. 60. D. de furt. iniuriam com-  
mittit, & patitur. l. 1. §. 3. de iniur. §. 2. Instit. d. tit. l. 15. §. 24.  
d. tit. An etiam à marito si eam castiget, aut corripiat. videat-  
tur l. 38. §. 8. ad l. Iul. de adult. l. 8. §. 2. in fin. cum Auth. seq. C. de  
repud. Novell. 117. cap. 14. damnum ex lege Aquilia dat, & acci-  
pit. l. 27. §. 30. l. 56. D. ad l. Aquil. l. 2. C. rer. amot. l. 6. pr. ad l. Iul. de  
adult. Verum etiam publicorum, nam & mater filium. l. 14. C.  
de his qui accus. l. 3. C. de pat. pot. filius matrem ob suppositum  
partum. l. 11. §. 1. D. de accusat. frater sororem ob levius crimen,  
l. 18. C. qui accus. Mater ob mortem filii, l. 9. Cod. eodem. rectè  
accusat. qua de re infra cap. 5. in primis atrocissimum crimen  
læsæ maiestatis etiam fœminæ committunt. l. 5. ibi quisq. ad  
l. Iul. Maiest. Aur. Bull. tit. 24. An autem hoc crimen in Au-  
gustam committatur? Neg. Coll. Jur. Arg. thes. 6. num. 7.  
memb. 2.

XIV.

Similiter quoque reliquorum publicorum criminum rea  
fiunt uxores & mulieres, cuiusmodi est crimen adulterii. l. 10.  
§. ult. l. 13. §. 2. D. ad l. Iul. de adult. lenocinii. l. 10. §. ult. d. t. in-  
cestus l. 33. §. 1. d. t. l. 38. d. tit. l. 17. C. de inc. & inut. nupt. Con-  
stit. Carol. art. 117. bigamiæ, l. 18. C. de adult. l. 2. C. de incest.  
nupt. Constit. Carol. 121. Stupri, §. 4. Instit. de publ. Iud. Sodo-  
miæ, l. 31. C. de adult. Constit. Carol. art. 116. Levit. cap. 18. vers.  
22. cap. 20. vers. 23. Exod. 28. vers. 19. homicidii, l. 8. C. ad l. Corn.  
Veneficii, & sortilegii. Coll. Jur. Arg. ad l. Corn. de sicar. th. 20.  
membr. 7. Constit. Crim. art. 130. parricidii. l. 1. vers. sed & ma-  
ter. D. ad l. Pomp. de Parricid. Constit. criminal. art. 131. falsi. l. 3.  
§. 1. D. ad l. Corn. de fals. & c.

XV. Ma-



Mulier tamen; ut supra cap. 1, dictum ob debitum sive publicum, sive privatum carceri tradi non debet. *Nov. 134. cap. 9. l. 1. cum Aurb. seq. C. de off. divers. Iudic.* in tantum ut iudex ille qui mulierem in carcerem coniecerat, capite plectebatur. *d. l. C. de off. div. jud.* Si crimen inferatur fideiussoriam vel juratoriam præstabit cautionem. *d. Nov. 133. cap. 9.* aut in monasterium detrudatur, *d. cap. 9. vers. si verò,* quod tamen hodiè minime observari tradit. *Iul. Clar. in prax. crimin. §. ult. quest. 28.* Et quamvis regulariter de muliere quæstio haberi possit. *l. 3. C. de quæstion.* non tamen poterit torqueri prægnans. *l. 3. D. de pæn. neque puerpera intra 40. dies. gloss. in d. l. 3. de pæn.* quia & pænna plerumque in mulieribus, ob sexus rationem mitigatur. *l. sacrilegii. 6. ad l. Iul. Peculat. cap. sicut X. de homicid. l. quisquis. §. ad filias. C. ad l. Iul. Maiest. Wessenbec. in parat. D. de pæn. n. 10. verb. sexus.*

## CAPUT QUINTUM.

*Continens jus Vxorum circa actiones & judicia.*

### THESIS. I.

**I**n judiciis locum sibi uxores, aut mulieres, raro vindicant cum enim traditum sit fœminas ab omnibus officiis civilibus, vel publicis remotas esse, sequitur quoque eas esse non posse iudices, *l. 2. D. de R. l. l. 12. §. 2. D. de judiciis,* nec arbitras. *l. ult. C. de recept. arbitr.* Quæadmodum Magistratum quoque gerere non possunt. *d. l. 2. pr. de Reg. jur.* Sunt tamen qui putant, hodiè usu, & consuetudine, statuto, principis privilegio, hereditaria jurisdictione mulierem fungi posse. *Dec. ad d. l. 2. & Gothof. in not. de Reg. Iur. nec videtur hoc juri Divino contrarium exemplo Deboræ. Iudic. cap. 4. Athalia. §. Reg. cap. 11. & aliarum.*

### II.

Uxor agere potest, & conveniri suo nomine; *l. 4. C. de procur. alieno autem nomine postulare, aut procuratorem iudicalem agere non potest. l. 2. de Reg. Iur. l. 18. Cod. de procurat.*

Vix



Vix enim receptum est rem propriam uxorem in iudicio tractare posse, ne fœminæ persequendæ Litis obtentu in contumeliam matrimonialis pudoris irreverenter irruant, & conventibus virorum atque iudiciis interesse cogantur, ideò rectius facit si marito litem suam mandet. *l. 21. Cod. de procurat.* quanto minus poterit alienam in se suscipere litem, hinc expresso prætoris edicto, hic sexus à postulatione pro alio excluditur; Est enim præprimis contra pudicitiam sexui convenientem alienis causis, si mulieres se immisceant, huicque edicto causam dedit Carfania sive Caia Afrania. *Val. Max. lib. 8. cap. 3.* Senatoris uxor improbissima fœmina, quæ inverecundè postulabat, & magistratum inquietabat. *l. 1. §. 5. D. de postul.*

III.

Reperiuntur tamen causæ in quibus etiam uxores, & fœminæ alieno nomine admittuntur. Cuiusmodi est suspecti tutoris postulatio; sed ita tamen, illaque solæ quæ pietatis necessitudine ductæ ad hoc procedunt, ut mater, nutrix, avia soror, vel prorsus etiam extranea, quam Prætor propensa pietate intellexerit, verecundiam sexus non egredientem; sed pietate perductam, non sustinere iniuriam pupillorum admitti potest. *§. 3. Instit. de suspect. tutor.* Ita quoque apud Magistratum tutorem petere non modo potest, sed & debet. *l. 2. §. 1. 2. l. ult. D. qui pet. tut. l. 6. 8. 9. 10. 11. Cod. eodem. l. 1. §. 23. ad Senatusc. Tertullian. l. 3. l. 6. Cod. eodem. l. 2. Cod. si advers. delict. l. 28. §. 2. Cod. de administr. tut. & avia. d. l. 2. §. 28. D. ad Senatusc. Tertull.* In codicillis eas testes admittunt Doctores *C. I. A. de iure Codicill. thes. 15.* ubi rationes interdicto de libero homine exhibendo, pro persona coniuncta experiri possunt. *l. 3. §. 11. D. de lib. hom. exhib. & si forsan alius similis casus occurrat.*

IV.

In causis publicis accusari mulier potest, *l. 4. Cod. de auth. prestand. l. 2. de R. I. Wesenbec in pararit. D. de accusat. num. 9.* At alios accusare regulariter nequit. *l. 8. de accusat. l. 1. 2. pr. eod. l. 5. l. 12. C. qui accusat. l. 18. pr. D. de iure fisc. poterit tamen admitti iis casibus in quibus insignis Reipubl. vertitur utilitas*



§ 33. ¶

litas v. c. in crimine annonæ. l. 3. §. ult. D. ad l. Iul. de annon. si  
 suam suorumque persequatur iniuriam. l. 1. 2. de accus. l. 12.  
 C. eodem. l. 4. l. 9. C. qui accusat, Simonia, arg. l. 31. C. de Episc.  
 & Cleric. Sacrilegii. l. 10. C. de accusat. si ex lege Cornelia ex  
 testamento accuset. l. 2. D. de accusat. in quaestionibus læsæ ma-  
 jestatis. l. 8. D. ad l. Iul. Mai. adulterii, *Constit. criminal. Carol. V.*  
*art 120. & c. & similibus.*

V.

Possent his modo dictis casibus ex praxi, forsan alii quo-  
 que adiacere, v. c. si uxor agat pro relaxando marito captivo; si res  
 moram non patiat, &c. Verum cum temporis angustia si-  
 lum scribendi abrumpet, desino. DEO Optimo Maximo  
 sit laus, honor, & gloria, in sempiterna  
 secula.



**D**as Ihr Herr Sandherr wolt / ein courti-  
 san abgeben /  
 Erhället gnugsamb das / das welt- und Hof-  
 feleben

Euch nemt am Reichstag vor / zu Regenspurg zusehn:  
 Damit euch aber nicht / an gunst was möcht abgehn /  
 Thut ihr beneben auch / den Damen zu belieben  
 Aniezt in deren wohl / fundirten Rechte euch üben /  
 Ob solchs nun dahin gmeint / das den bey iederman /  
 Bekandeen studien fleiß / nun wollet wenden an /  
 Geehrtem Frauenvolck / von iesund an zu dienen /  
 Oder damit kund thun / das ewer gut beginnen /  
 Sey zu erwünschtem zweck / nunmehr Gott lob gelange /  
 In dem ihr gnugsam weisse / das in dem Vatterland /

E

Ihr



☉(☿  
Ihr werdet künfftig auch/dem Vatter können folgen/  
Als wüñsche/ob gleich mir/anieko ist verborgen/  
Zu was intent euch iezt beliebet zuverfechten/  
Geziertem Weiber-volck/auf gunst ertheilte Rechten  
Von grund der Seelen mein/das/das propo gelinge/  
Vnd euch / zu dem von selbst / erwüñschtem wohlstand  
bringe.

Hæc gratulanti calamo in sempi-  
ternæ amicitiaë tesseram ap-  
ponere voluit.

G. B. Riedt.

---

CARMEN GRATVLATORIVM

Ad

*Nobilissimum atq; Doctissimum*  
IUVENEM.

DN. NICOLAUM SANDHERR,

*De*

Conditione Mulierum

*publicè disputaturum.*

Quid tecum SANDHERR versatur pectore molli?  
Dum vis FOEMINEAS partes defendere doctus  
Doctorum Cathedris, quas docta MINERVA sacrauit,  
Ut profint studiis, hominesq; ad PALLADIS arces  
Ducant, ac faciant illos in Jure peritos,  
Hæc facis ô SANDHERR! ut possis carpere palmam  
Docto-



¶ )o( ¶

Doctorem, ut valeas aliquando Parentibus atque  
 In solo natali prodesse, & multa docere  
 Quæ Patriæ nostræ sint grata ac dulcia semper  
 Perge igitur cœptis, & studia dirige cuncta  
 Ad Patrias Laudes, quæ magnam flectere palmam  
 Et meritam famam poterunt, qua tu quoque dignus.  
 Sic animo toto, sinceraque pectoris aura  
 Gratulor, cuncta tibi ut felicî tramite cedant.

Pauca hæc Domino cognato suo  
 honoris & amoris ergo ap-  
 posuit

M. B.

F I N I S.





121  
Doforum in videri ad hunc parum bus ad  
In solomali prodeho & multa doctore  
Qua Patre nolite sint gnae ad dacia semper  
Fuge gnae corpus & huda dinge cuncta  
Ad f. m. l. audee quae magna doctore parum  
Et m. h. m. f. a. m. p. o. r. n. i. a. m. q. u. a. m. q. u. o. d. u. e. d. i. g. n. a. s.  
Sic animo toto. In caraque pectoris auribus  
Gallus concha tibi ut felici tamine cedant.

Patre h. r. D. o. m. i. n. o. c. o. g. n. a. t. o. f. u. s.  
honoris & amoris ergo ep.  
poluit

M. B.

F. I. X. I. S.



Docet ad hunc parum bus ad  
In solomali prodeho & multa doctore  
Qua Patre nolite sint gnae ad dacia semper  
Fuge gnae corpus & huda dinge cuncta  
Ad f. m. l. audee quae magna doctore parum  
Et m. h. m. f. a. m. p. o. r. n. i. a. m. q. u. a. m. q. u. o. d. u. e. d. i. g. n. a. s.  
Sic animo toto. In caraque pectoris auribus  
Gallus concha tibi ut felici tamine cedant.





ULB Halle  
006 682 197

3




VDM











B.I.G.

Farbkarte #13

Black  
3/Color  
White  
Magenta  
Red  
Yellow  
Green  
Cyan  
Blue

RIDICA, 19<sup>03.</sup> 103.

1662, 8.

IONE

M,

EMENTIA

KHERRI,

NDECTA-

RDINARII

ani,

HERR,

coque

s HAVG,

